



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Torneamentis. Titvlvs XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

conveniret populus fidelium ad divina, cadens tintinnabulum, percussit quandam puerum coram eo, qui (cum vulnus esset mortale) decessit. Nosigitur attendentes, quod dicto sacerdoti qui dabant operam rei licita, nihil potuit imputari, si calus omnes fortuitos non pravidit: discretioni vestra mandamus, quatenus si confiterit ita esse, dictum sacerdotem sacerdotale officium exequi permittatis.

## CAP. XXIV.

Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei Catholicae, si quenquam percussit, & de interfictione ipsum remordet conscientia, a ministerio altaris abstineat debet.

Idem Pelagio Presbytero a.

P Etatio tua nobis exhibita continebat, quod cum ini-  
mici Dominica Crucis ac blasphemii nominis Chri-  
stiani, castrum quoddam, in quo morabar, graviter in-  
vallissem: executibus inde habitatoribus, tam clericis  
quam laicis contra eos, ac b invicem confligentibus,  
hincide occidit quam plurimi extiterunt. Vnde cum pro  
eo quod aliquis percussisti, irregularitatem mettas in-  
currisse: Mandamus, quatenus si de interfictione cuius-  
quam in illo conficti tua conscientia te remordet, a mi-  
nisterio altaris abstineas reverenter: cum sit consultius  
in hujusmodi dubio abstinere, quam temere celebrare.

## CAP. XXV.

Idem dicit quod cap. Ioannis, supradic. et tantum ponit diver-  
titatem in facto.

Gregorius IX.

**Q** Vidam e (ut afferis) ad adificationem ecclesie in  
adjutorium presbytero evocatus, ruens cum laque-  
ari, quod idem presbyter solvere nirebatur, hac occasio-  
ne rebus est humanis exemplum: & infra. Attendens i-  
gitur, quod sacerdos ipse dabant operam licita rei, studuit  
etiam quam debuit diligentiam adhibere, circumstanti-  
bus (quibus periculum imminentebat) ita tempestate &  
alta voce proximonis, quod & intelligere & fugere potue-  
runt: Inquisit, tua taliter respondemus, quod ob han-  
causam, vel quia omnes causus fortuitos (qui prvideri  
non possunt) fortitan non pravidit, non debet, quoad  
officium vel beneficium impediri.

## DE TORNEAMENTIS.

## TITVLVS XIII.

## CAP. I.

Torneamenta fieri non debent: & vulnerato in eis conceditur po-  
nitia: sed si moritur, denegatur ei sepultura ecclesiastica; si ac-  
cessit animo pugnandi: scilicet si accessit alia causa, superius debita  
fibi exigeret, hoc dicit, cum cap. sequuntur.

Ex Concilio Lateranen. d

**F**elicis e memoria Innocentii & Eugenii predeces-  
orum nostrorum vestigis inharentes, detestabiles  
illarum nundinas vel ferias, quas vulgo tomenta  
vocant, in quibus milites ex condito convenire soleant,  
& ad ostentationem virium suarum, & audacia temere  
congredi, unde mortes hominum & animalium pericula  
sepe proveniunt, fieri prohibemus. Quod si quis eorum  
ibi mortuus fuerit, quamvis ei poenitentia non  
negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura.

## CAP. II.

Idem dicit quod in superiori cap.  
  
a. al. P. Presbytero. b. al. & ita invicem. c. Prater Doctores  
vide luccasian in c. ex literis, lib. 2. sup. ed. iii. d. Conc. Later.  
sub Alex. III. ca. 20. refertur in Pannorm. lib. 1. tit. 11. fr. c. 148.  
c. Cap. i. ed. tit. in 3. comp. vid. Conc. Trid. sess. 11. de ref. c. 19.  
confuse B. Thom. 2. q. 92. art. 1. ad 3. argumentum.

Alexander III. Anaten. Episcopo.

**A** Daudientiam nostram a noveris pervenisse, quod  
causa requirendi debita accessit: [ 1 & infra. ] Nos  
attendentes, quod his tantum ecclesiastica sepultura de-  
bet interdicci, qui ad torneamenta animo id facien-  
tium accedunt ibidem: fraternitati tuæ  
mandamus, quatenus si tibi confiterit, quod ad pradi-  
cum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi  
credita pervenisset, licet ibi fortuito casu obierit, corpus  
eius dilipitatione & ecclesiastica tradi facias sepulture,  
maxime si dominicum corpus suscepit, & sacri olei fu-  
eritunctione perfunctus.

[ 1 Accedit ut violenter & maledicenter ab equo in quo infide-  
bat super eum cadente compressus mortuus est, sed per nos dominicum  
corpus suscepit & sacri olei perfunctione voluerit. Verum pro eo quod  
in torneamentis mortem accepit, a sepultura fideliūm prohibetur. ]

06

## DE CLERICIS PVGNANTIBVS

in duello.

## TITVLVS XIV.

## CAP. I.

Clericus intius diuellum, sive obtulerit, sive suscepit, deponen-  
tus est: poterit tamen Episcopus cum eo dispensare si mors vel  
mutilatio membrorum non sit iudeo fecuta.

Alexander III.

**P**orrò e si clericus alii sponte diuellum obtule-  
rit, vel oblatum suscepit, sive vicit, sive vicitus  
fuerit, de rigore juris est merito deponendus. Sed  
quantumcumq; ejus in hoc gravis sit & enormis excellus,  
evadere potest depositionis sententiam, si cum ipso suus  
Episcopus duxerit misericorditer dispensandum, dum-  
modo ex ipso deponit homicidium vel membrorum de-  
minutio non fuerit subfucta.

## CAP. II.

Irregulariū est clericus non solum si ipse interficit per se, sed etiam  
si pugil ab eo datus adversarium occidat: nec excusat consuetudo:  
poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari.

Clemens III. d

**H**Enricus e Presbyter nobis humiliter intimavit, quod  
cum laicum quandam super furto in seculari placi-  
to conveniiserit, quia testes defecerunt, pugilem fecun-  
dum pravam terram confitendum introduxit, qui reum  
usque adeo ierbis vulneravit, quod coactus est expirare.  
Quia igitur super hoc non consulere voluisti, ambiguita-  
tem tuā responsione hujusmodi removemus, quod tales  
pugiles homicida veri s' existunt: nec prae dictus facer-  
dos, licet non ipse, sed alius pro eo in duello pugnavit,  
debet in sacris ordinibus ministrale, sicut tradidit facio-  
rum canonum instituta. Homicidium autem, tam factō  
quam praecepto, sive consilio, aut defensione, non est du-  
bium perpetrari: poterit tamen cum eo circa habendum  
beneficium misericorditer dispensari.

## DE SAGITTARIIS &amp;

## TITVLVS XV.

## CAP. I.

Excommunicandus est sagittarius & ballistarius contra Coris-  
tianos, hoc dicit.

a. Cap. i. ed. tit. in 2. comp. addit. citatis in c. praecedenti & c. r.  
sup. de corpore visitati. b. al. dispensative. al. ita: dispensatione  
ecclesie, tradit facias. Hanc legitionem agnoscit Hofiensis, quam etiam  
vetustiores aliquis codices praefixerunt. c. Ca. i. ed. tit. in 2. comp. vid. Concil.  
d. al. Clemens tertius. e. Ca. i. ed. tit. in 2. comp. vid. Concil. Trid. sess. 25. de ref. c. 19. f. al. veri, sed in recentissimis. g. Se-  
gutarii & Ballistarii in Cod. Barbas.

XXX 5